



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

42 Contumeliosè nihil in subditos dicere aut facere, imò omnem ab illis iniuriam propulsare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

re, vt si in strato (lectulo) aliquid vitæ occurreret (cogitanti incidere) signare posset, ne è memoria laboretur. Habebat etiam ponè lectum (vicinum lecto) parietem cera illitum, & stylum, vt si quid in tenebris occurrisset, consignaret, (ei inscriberet.) Eginardus, & Henr. Lyphordienfis. *ἡ χάρις ἐστὶν materia inusta ad pingendum epita, à χαίτε, VTO.*

6. *Carolus V. Imp.* antequam quicquam aggrediretur, diu multumq; prius deliberabat, in publicum non prodibat, neminem ad se intromittebat. Quo ipso effecit, vt non prius eius consilia deprehenderentur, quam in opus deducta essent.

SIGNVM XLII.

IN SVBDITOS NIHIL CONTVMELIOSÈ DICERE, aut facere: imò omnem ab illis iniuriam propulsare.

Contumeliosum in subditos non esse.

Ingenuis nihil acerbius accidere potest contumelia, imò impatientes omnes sumus contumeliaz, non inisique fama tenera est, quæ nec angari, nec tangi debet. Si verò pestiferum quis malignos dentem aculeumque senserit, continuo iracundia ardet, celerique motu ad appetendam vindictam rapitur.

1. *Philippus Rex Maced.* à Pausania satellite occisus est, quòd iniuriam ab Attalo eidem Pausania illatam non vindicauit.

2. *Carolus VI. Franste Rex* vnum è ducibus suis

fuis rogauerat,) an, & quam ratione à fide te, tot experimentis hactenus sibi perspecta probata, abduci posset? *Me quidem*, inquit *Rex Serenissime*, vt fidem tibi datam violenter vnquam vtilitas, aut dignitas, imò ne centumdem regna adegerint, quod tamen si vel semel tumeliosè aliquid in me dixeris, vltro sum furus. Hoc dictum, & hanc historiam Carolus bonius, is, qui à Rege suo ad Carolum V. Imp. fecit, ad factum hoc suum excusandum, in mone frequenter vsurpabat.

3. Habenas etiam Belgicarum ditionum tēte Maria Austriaca, dū Bruxellis de remedio portuno in cōsilio agit, quo quàm minimo motu factiones nobilium compesceret, ex in Senatu fuit à quodam puero, qui inibi forrat, vox Geux, qua nobiles illi Geusij, id est, dici à consultoribus nuncupabantur: quae comelia, non sine pessimo publico, addidit maiori factioni faces ad rebellādum, vt euentus do-

SIGNVM XLIII.

NON SOLVM CONVIVIA RARORE
ire, & instituere, sed etiam ad sistendam suam
sede Remp. conuiuiorum, & mensarum, su
victus quotidiani luxum coeerce
re, & reprimere.

1. **P**ericles Atheniensis, authoritatis & conlianda, & conseruandę causa, raro in publicum solebat prodire, nec conuiuia vlla publici priuataue adire, quod hanc *σοφιστικη* periculum grauitati obesse iudicaret. *Plut.*